A Sed creaturæ cauſam dicimus,& credimus filium,& hoc ſignificat ꝑpoſitio,per. Igitur etiam de ſpũ * ipa,per,ſignificat filium cauſam eſſe. Præterea patet, q̃d quia hæretici ꝑ filium fuiſſe factum ſpiritum ſanctum blaſphemabant, eo ꝙ Euangeliſta dicit: Omnia per ipm facta ſunt, male & impie ſpiritum etiam ſanctum inter omnia connumerãtes. Ideo ſancti doctores eos oppugnantes,& contra eoꝝ impietatem his vſi verbis,de ſpũ ſancto ꝑ filium eum procedere,& ꝑ filium eſſe,& manifeſtari dixerunt. Sed hæretici ꝑ filium ſanctum fuiſſe ſpiritum ſanctum dicentes duo hæc concludebant. Primo,ꝙ ſpiritum creaturam putabant. Secundo,ꝙ filius cauſa eius eſſet,& hoc * ipam,per, ſignificare. Igitur ſi vtrũq; falſum eſſet,vtrũq; doctores oppugnaſſent. Et quẽadmodum illũ a creaturis eximunt,quare nec vnq̃ reperies eos vſos de ſpũ hoc vocabulo, factus eſt, tanq̃ creaturæ appropriato,ita nec ꝑpoſitione,per,vſi fuiſſent vnq̃:ſi, cũ hæretici eam putarẽt cauſam ſignificare,ipſis nõ ſolum falſum,veꝝ impiũ hoc viſum eſſet,ita ꝑ oĩa veritas ipa ſibiipſi cõcordat,& manifeſte cauſam ſignificat,per,cũ de aliquibus accipiat. Hoc idem ex eiuſdem doctoris ad Ablabiũ oratione probat. Etem̃ cum illic etiam de diuinarum ꝑſonaꝝ diſtinctione tractaret,poſtquam vniuerſaliter cã & cauſato ab inuicem eas diſtinxit,deinde filium a ſpũ etiam ꝑpoſitione,per,diſtinguit. Ille q̃dem eſt (inquiens)immediate a primo,filius videlicet a patre, hic vero (de ſpũ dicens) ꝑ eum, qui immediate a patre eſt,hoc eſt,ꝑ filium,& eo diſtinguitur (inquit) ſpiritus a filio,quia ꝑ

B ipm eſt. Quaſi diceret,ꝙ cum ambo a primo ſint,non ſufficienter diſtinguerent, niſi alter ꝑ alterum eſſet. Vt manifeſte,per,diſtinctionem hinc ſignificaret,& diſtinctionem, quæ ab æterno eſt,quæq; ſecundũ cãm & cauſatũ eſt,cũ antea dixerit cã & cauſato tm̃ ab inuicem diuinas ꝑſonas diſtingui. Quod em̃ infert,aliam differẽtiam de filio & ſpiritu ſancto intelligi,non recte quis putaret aliam ſecundũ ſpeciem, contradiceret nanq; ſibiipſi,ſi cum antea cauſa & cauſato tantũ dixerit ꝑſonas diuinas diſtingui:deine aliũ modum diſtinctionis ſpecie differẽtem tradidiſſet. Aliã igit differẽtiam ſecundũ numerum accipientes,& recte cum ſancto doctore ſentiemus,& ꝑpoſitionem,per, cum cã intelligemus. Ita vt nulli ratio relinquatur vel pro,cum, eam accipere(cum em̃ nõ diſtinguit) vel mundo ꝑ filium manifeſtationem ſpũs eum ſignificare putare. Hæc em̃ non eſt ab æterno. Quod ſi verbum hoc,manifeſtari,aliquos ſcandalizat,verbum,procedere,tantum ſpũs ſubſiſtentiæ putantes debere attribui,manifeſtari vero ad tẽporalẽ proceſſionem,& chariſmatũ dationẽ,& ad mundi manifeſtationẽ trahẽtes,eorundẽ etiam erit filium mũdo dari, vel tẽporaliter mitti dicere,cum eum audiãt a patre manifeſtari, quod ab oĩbus cõmuniter doctoribus dicit. Beatus etenim Cyrillus ad Valerianum epm. Cũ enim quẽadmodũ pater(ait)ita & qui ex eo manifeſtat, vnigenitus filius natura ſanctus

C ſit. Et rurſus idem: Proprius eſt filij ſpũs ſanctus(inquit)non ſolum inquãtum verbum eſt ex patre manifeſtatum,ſed etiã inquãtum intelligit homo ſecundũ nos factus. Quod ſi in his,manifeſtari,eſſe,& æternã ſubſiſtẽtiam,& generationẽ filij ſignificat, quare nõ idem & de ſpũ ſancto ſignificaret? Quod autẽ & nolentes cogeret concedere idem ſignificare,illud eſt,& ꝙ etiam de ſpiritu,& eius æterna proceſſione hoc idem dicit, dicẽte B. Baſilio de ſpũ ſancto. Nil aduẽtitiũ in ſe habet,ſed æternaliter omnia habet tanq̃ ſpiritus dei, & ex eo manifeſtatus,ita omnis occaſio tollitur malignari cupiẽtibus. Illud etenim quod prædictus Gregorius Niſſenus in reuelatione Neocæſarienſis Gregorij,qui miraculis coruſcauit,de ſpiritu dicit,ꝙ per filium manifeſtatus ſit,addẽs videlicet hominibus,nil contra nos facit,ſiquidem hoc,ꝙ per filium manifeſtatus ſit,ſignificat q̃dem vtrũq;,etiam ꝙ per filium ſit hominibus notificatus temporaliter,& ꝙ per filium æternaliter producatur,ſint vero vtraq; vera in proprijs locis accepta. Omitto nãq; dicere in ꝑſenti,quod ꝑ filium tẽporaliter hominibus manifeſtari, ꝑſupponit neceſſario ꝑ filium æternaliter procedere, nec per eum temporaliter manifeſtaretur, niſi per eum æternaliter procederet. Alter etiam Gregorius Nazanzenus videlicet, qui a theologia per excellentiam theologus cognominatus eſt,quærens, cur & ſpiritus non nominetur filius,& an ei aliq̃d deficiat, vt filius ſit,nõ ei q̃cq̃ deficere ait, diuinitati nãq; deficit nil. Manifeſtatiõis aũt vel relatiõis ad inuicẽ diuerſitas, diuerſa q̃q; eis attribuit nomina. His verbis,manifeſtationis, verbum æternam proceſſionem ſignificare probans, prout etiam ex verbis Niſſeni Gregorij apparuit,& eandẽ filij & ſpũs ſancti ab inuicem diſtinctionẽ tradens, quã & Niſſenus Gregorius, quẽadmodũ enim ille, eo quod nec vt vnigenitus

Marginal notes: als,ipm (line 2); Iohan.1.a (line 3); als,ipm (line 8)